c. auaritię de elect.e in 6

Quidam Clericus secularis fuit electus seu Postulat. in Abbatem, et in statu suo persistens, hoc est retento habitu clericali seculari, et extra claustra sui monastery degens in aula Regis, ingressus et possessionem suę Abbatię, et in ea fuit per annum, et fructus percepit, et quatuor uel quinque beneficia incompatibilia dignitates nimirum, et Canonicatus, quę ante electionem in Abbatem obtinebat, insimul etiam retinuit.

Dubitatur An ex hoc uacauerint, beneficia prędicta

R. Pr. stante quod dtā Abbatia sit dignitas Ecclesiastica perpetua et collatiua, arbitror uacasse dignitatem et Canonicatus, quam et quos ptui OK. prius obtinebat, ex quo erant incompatibilia cum dtā Abbatia

Quoniam hodie post Concilium Tridentinum pariformiter uacant dignitates et Canonicatus et alia

479

quecunq beneficia incompatibilia per assecutio-
nem alterius incompatibilis, ac si essent be-
neficia curata, ut declaravit Sacri Concilij
Tridentini Congregatio, et fuit resolutum in
Rota in una Salamantina dimidie portionis die
xi. xbris 1585. coram bo: me: Orano Et in Toletan
Cappellaniæ de Barazos coram Ill.mo Pamphilio
15 xbris 1591. cum alijs a me allegatis sub reg.
8. glos. 15 in princip. ex n.o 15. usq ad 19.

Maxime cum Abbatia de Iure communi inducat
incompatibilitatem ut late per Hosedam de
incompatibilitate p.e p.te c.5. n.o 4. et 5.o

Nec obstat dicere quod in nostro casu non potte-
rit assecuta d.ca Abbatia ex quo nullus ade-
rat titulus, nec collatio ad illam, sed intru-
sio fuit de solo facto

Quoniam non propterea dictus R. excusatur, per
prima beneficia incompatibilia uacant, ac si legitime

legitima collatio praecederet, ne sit stultus et delinquens, melioris conditionis, quam peritus et sapiens, tex. est expressus in c. eum qui. 18. de praebend. in. 6. Rota decis. 3. de praebend. in novis. et decis. 3. de rerum permutatione in antiquior. Pelignetti, Alfonsus Hoseda de incompatibilitate beneficiorum parte prima c. 13. nº 20. ubi plures citat.

Cuius tex. dispositio quamvis loquatur in beneficijs curatis, tamen hodie post Concilium Tridentinum pariformiter locum habet in alijs beneficijs incompatibilibus ex supradictis

Ita ut in hoc casu non relevet ignorantia Juris ut docet glos. verbo (Scienter). in d.º cap.º eum qui de praebend. lib. 6.

Quare &c.

Hieronimus Gonzalez Adv.

480